



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Archiepiscopis Episcopis, Abbatibus, Prioribus & Vniversitatibus, Capitulis,  
Comitibus, Baronibus, Civibus, & aliis per Apuliam, & terram Laboris, &  
ducatum Amalphiae constitutis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

*Archiepiscopis Episcopis, Abbatibus, Prioribus & Universitatibus, Capitolis, Comitibus, Baronibus, Civibus, & aliis per Apuliam, & terram Laboris, & ducatum Amalphiae constitutis.*

*Epiſt. 21.  
Providetur gu-  
ernationi A-  
puliae & terre  
Laboris.*

**A**D vestram volumus audientiam per-  
venire quod de dilecto filio G. fra-  
tris militiae templi familiaris nostri & nobi-  
lis viri Lug. & M. de Potentia legalitate  
ac prudentia conſidentes, conſtituimus  
eos Magistros Camerarios Apulie & ter-  
rae Laboris, & iustitiariatus officium in  
demanio totius Apulie & terraे Laboris &  
ducatus Amalphiae ipſis committimus ex-  
quendum. Monemus igitur universitatem  
vestram & exhortamur attentiūs, & per  
apostolica scripta mandamus atque  
principimus quatenus eis de omnibus prae-  
teritis & praesentibus & futuris quæ ad  
magisterium camerariatus pertinent in-  
tendatis, & de his quæ in demanio Regis  
ad iustitiariam spectare noscuntur, curretis  
eisdem ad mandatum & Regis honorem &  
regni profectum humiliter intendere. Da-  
tum Anagniae X. Kal. Maij.

*VVigorniensis Episcopo.*

*Epiſt. 22.  
De facultate  
appellandi se-  
dem apostoli-  
cam.  
Cap. 47. de ap-  
pellatione.*

**E**X parte tua fuit propositum coram  
nobis quod cum inter Anglicos &  
Wallenses sint inimicitiae manifestæ, & ad  
partes illas Anglicis periculosus sit transi-  
tus pro viarum periculis & guerra, quæ  
inter gentes illas frequens esse dinoscitur  
vel continua, multi de causæ sua meritis  
diffidentes te aliquando vel tuos auctorita-  
tate literarum nostrarum trahere satagunt  
ad judices in Wallia constitutos, ut sic in-  
defensas causas, etiam iustissimas, reli-  
quatis, vel compositionem subeatis injus-  
tiam pariter & damnosam. Cum igitur  
causas quas committimus sic velimus sine  
debito terminari quod neutra partium  
contra iusticiam aggravetur, fraternitati  
tuæ presenti pagina taliter respondemus,  
quod cum talis excusatio sit honesta, cum  
ad praesentiam delegatorum judicum non  
potest securè venire citatus, tu vel tuj,  
quotiens ad illos judices vos evocari conti-  
gerit ad quorum praesentiam vobis pericu-  
losum est ire, liberè poteritis ad sedem  
apostolicam appellare, etiam in literis  
commissionis nostræ appellacionis fuerit  
remedium interclusum, nisi judices ipſi vo-  
bis assignent locum idoneum & securum.  
Datum Laterani X. Kal. Maij, pontifica-  
tus nostri anno quinto.

*Eidem.*

**L**icet appellationis obstaculum ad re-  
medium inventum fuerit oppreſſo-  
rum, multi tamen oppresi indulto benefi-  
cio abutentes, illud in clypeum iniquæ de-  
fensionis affumunt, ut & correctionem va-  
leant effugere prelatorum, & liberius quæ  
religionem non sapient exercere. Ad au-  
dientiam siquidem nostram te significante  
peruenit quod cum ad abbatias & alias  
domos conuentuales tuæ diocesis, juxta  
quod officij tuis sollicitudo depositit, visita-  
turus accedit, ut errata corrigas, ædificanda  
ædifices, & deſtruenda deſtruas, Abbates, Priores, seu alij locorum eorum  
dem rectores, ut canonicam correctionem  
evitent, appellationis obstaculum interpo-  
nunt, ac ſic tuum conantur propositum  
impedire, ut neque de intrinſeca vel ex-  
trinſeca correctione locorum ipſorum ali-  
quid valeas ordinare. Volentes igitur &  
fraternitati tuæ deferre & præumptioni-  
bus occurrere malignantium, devotioni  
tuæ auctoritatem praesentium indulgemus  
ut quotiens te ad Ecclesiæ conuentuales  
diocesana tibi lege ſubjectas necessitas vel  
utilitas traxerit, non obſtantē appellationis  
objectu, ſi quæ interpoſita fuerit in elu-  
ſionem ecclesiastica disciplinae, liberè de  
prudentum & religiosorum consilio in eis  
corrigenda corrigas & ſtatuaſ quæ ſecun-  
dum Deum fuerint ſtatuenta. Datum La-  
terani VIII. Kal. Maij.

*Epiſt. 23.  
Interdum no-  
ſe deferen-  
dum appella-  
tionibus.*

*Decano & Capitulo Cathalaunensi.*

**C**VM nuper Ecclesia vestra pastoris  
foret regimeſe deſtituta, vos conve-  
nientes in unum, ſuper electione habuiftis  
Pontificis ſubſtituendi tractatum, ſed in-  
telligentes quod vestra vota erant diviſa,  
licet aliquos duxeritis nominandos, ad  
electionem tamen nullatenus processifſtis,  
ſed ad ſedem curaſtis potius apostolicam  
appellare. Cum ergo dilectus filius R. Ar-  
chidiaconus & G. Canonicus vester ex  
una parte ad nostram praefentiam accessiſ-  
ſent, poſtulabant à nobis dilectum filium  
Willemum de Iovisvlla Ecclesiæ veſtræ  
Canonicum in Epifcopum ſibi dari. Ve-  
rūm dilectus filius Decanus Meldenſis, qui  
pro parte altera miſſus fuerat procurator,  
licet proponeret dilectum filium I. majo-  
rem Archidiaconum Ecclesiæ à parte pro  
qua venerat poſtulatum, petiit tamen ex  
adverſo electionis vobis licentiam non au-  
ferri, ſed remitti potius utramque pariter

*Epiſt. 24.  
De electione  
Epifcopi Cata-  
launensis.*

I i i iij